



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

A C T A

ex toto non aestimari necessarium, sed eorum probitati & honestati multo plus fuisse decem & honorificum, monasteriorum clausuras nunquam referasse tam uiros quam mulierum, ad eorum profugia non consuluisse, auxilia praebuisse, & millicupla praxi uolentiam intulisse contra dei praecipuum, contra leges, ab eorum uotis desciscere & deo non seruare, quae sua met uoluntate sponponderant, causa profecto a qua omnis urbium & ciuitatum probitas merito abstinere debuisset. Sed quid cordibus eorum delituit, nostri rapti census, redditus, & decimae prodiderunt, Quibus & si ditiores facti sunt, hoc tamen illis ipsis nostris bonis nomen est parum eis, ut cum ueritate eis improperare possimus, eos improbos & famosos factos. Vnde certe proborum intolerabilis & horrenda.

Sed ad Conclusionem non illos puniri modo qui fecerunt, sed qui opem, auxilium, consilium, & ad talia facienda consenserunt Leuit. xx. in Ver. Succidamque, & ad Ro. i.

Quod autem in maleficijs non exitus sed mala uoluntas spectetur, habes ff ad le. Cor. de sicca & uene. le. diuus Adrianus.

CONCLUSIO XXII.

Famosus est communi Christianorum Heluetiorum a suis progenitoribus introducta consuetudine, qui etiam in bellicis cladibus puerperae, seniculo, infanti puerulo, praepitero, sacris ecclesijs & uasis deo dedicatis, quid per uim intulerit, abstulerit, prophanarit, capitali iudicio obnoxius, maiore procul dubio infamia notandus, qui id cui fuerint ausi intingere, quae sua laudatissima consuetudine cuiusque nec in hoste licebit.

Qui apud Heluetios in bellicis motibus eorum iuramenta audivit, de hac consuetudine recensere potest. Neque est in mundo qui eam non fateatur Christianam, probam, laudabilem & omni honore dignam, ideoque & legibus comparandam, nec cum honore intermitteri potest, neque huius consuetudinis praeuaricator minus puniri debet, quam legum transgressor i. q. vij. Si quis.

Quomodo autem euangelici nostri se erga clericum, monachos, moniales

M V R N E R I.

moniales, non in bello dico, sed in eorum met suscitata seditione, furando, rapiendo &c. heu nulli est non cognitissimum quæ neque Thurca nobis fecisset, supra nimio plus dictum est, & hic non nisi cum summo tedio ultra narrandum.

CONCLUSIO ° XXIII.

Famosus est qui non citatum, non uocatum neque conuictum, aut certe nullius iudicij uel reum uel obnoxium de sua possessione & iure uiolenter, aut per sententiam deturbat, exilio damnat, aut quouis alio iudicio publico molestat. Cum ius & lex de oibus bona presumat, donec oppositum iure constet & pbeat.

Deus iustum iudicium in proximo faciendum præcipit, Leuit. xix. Et quod iustum est uel esse credit, iuste est exequendum, Deute. xvi. Quodque bonæ uia: initium sit iustitia, plusque accepta deo quam uictima, Prouer. xvi. Neque bonum est derelinquere ueritatem iudicij, Prouer. xviij. Et docet nos diuus Paulus armatos esse per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. ij. Corinth. vi. Sed hij nostri euangelici neque moliti sunt diuinam iustitiam ab hoc seculo delere, interim se nihilominus dei ministros iactantes, & uerbi diuini imitatores. Vbi queso hoc est dei uerbum, cuius uirtute hæc facti uia est incedendum, tale quid uerborum dei ego non reperio etiã in omnibus libris meis. Hoc autem ex eisdem ipsis libris cõpertum habeo, absque iustitia nullum esse mel dici posse uere Christianum, Iaco. ij. Qui autem in uno delinquit, factus est omnium reus, & tamen egerrime ferunt, quando heresi accusantur, quid ad hæc dicerent apostate, si eos non esse Christianos airamus, pro ut non sunt, quid ad me etiam si hoc eos male habeat, saltem ueritas ita sit.

Quumque iudex non damnat, sed lex ipsa xxxiij. q. v. Homicidas, quare igitur hij scelerati heretici absque ulla lege clericos & religiosos damnarunt, & publicorum iudiciorum pœnas intulerunt, quod nec quisquam licitorum esset facturum.

Et ubi hij heretici fures scripta iura non legissent, potuissent saltem in sacris literis, uel tñ pede offendisse Actuum, xxv.